Universitätsbibliothek Paderborn

Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv Redivivae

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Visual Library

ſine fine beandus; *exitu ſuo docens nullam Cælo ætatem eſſe infirmam.* Ex *Chron.* Magno ſanctimoniæ poſt ſe relicto nomine, quatuor eiuſdem jnclytæ familiæ venerabiles Heroes Conradus 15. Guilhelmus 25. Auguſti, Rudolphus 17. Appolonius 30. Octobris Cæli iter ingreſſi ſunt. Pleniore acceptâ informatione olim merito ſuo celebrandi.

XXIII.

E*Ssendienſi & principe quidẽ in Æde* exaltatio venerabilis Gerswidæ *Sororis* S. Altfridi Epiſcopi, & *primæ Abbatiſſæ* Eſſendienſis, quæ totam ſeſe Numinis cultui mancipavit; erga pauperes ac peregrinos mirè benefica atque liberalis. Quæ inſtante morte, *Mi* IESV exclamavit, *te teſtem habeo, te præter nihil me unquam* expetiſſe *Huiúsque Vulnera in Cruce,* præſertim ſanctum *Pectus* exoſculata, eo in actu ſanctiſſimè expiravit. Ex *faſtis Gelenianis.*

XXX.

ARnholdvs *ſecundus,* decimus ſeptimus Cliviæ Comes, erga Deum pius, & ſubditos vſque adeò benignus fuit, vt raro & excellenti elogio, *Boni cognomentum* meruerit: Vxorem duxit Idam *Suevam* Conradi *Imperatoris Filiam,* Friderici *Barbaroſſæ Sororem,* quaternâ *prole fe-*